

# R E C T O R, Totusq; Senatus Academiae Marpurgensis, Omnibus omnium Facultatum Studiosis, S. P. P.



*V* inter bellicos atrox fluctus studia nostra sequenti quoq; semestri felici progressu continuemus, inq; perferendis officii nostri laboribus Constantiam retineamus. Et ad illum scopum unice collimemus, qui sit caelo acceptus, patriae utilis & nobis singulis salutaris, Sacrosanctum Nomen, Deum Patrem, Filium & Spiritum sanctum devotis & ardentissimis precibus invocamus supplices. Illa ipsa autem spe & voto freti in subjecta tabella proponimus designationem laborum nostrorum hybernorum, simulq; gratias agimus Sacrosanctae Trinitati, quod Literarum studia in hac schola accenderit, fovet & tranquillitatem hoc intranquilo seculo ad ea colenda hucusq; dederit. Precamur votis in supercalidis, ut imposterum quoq; nos regat, gubernet, nostrosq; labores id nominis sui gloriam & proximi emolumentum dirigat & secundet. P. P. 4. Septembr. MDC. XLII.

## IN FACULTATE THEOLOGICA.

*Justus Feswrbornius*, SS. Theologiae D. & Professor. Quantum per alios, ipsi demandatos, labores liceat. 1. In Explicatione S. Johannis Evangelistae perget. 2. Publicisq; Disputationibus Studiose Juventuti libenter inserviet.

*Johannes Steuberus* SS. Theolog. D. & Professor, Compendium Theologiae dictabo, Collegia Theologica studiosis pro petitione aperiturus.

*Meno Hannekenius*, SS. Theol. Doct. ejusdemque & S. Ling. Professor, publice in Pentateucho progredietur, Collegia aperiturus Theologica, Hebraica, Syriaca, Chaldaica, qualia studiosi ipsi suis studiis accommodata fore, judicaturi sunt.

*Johannes Henricus Tonsor*, SS. Theol. D. ejusdemq; Professor & Pedagogiarcha, ea quae restat circa doctrinam de bonis operibus addet, articulum de Ecclesia inchoabit, & Exercitia privata, Explicatoria & Disputatoria continuabit.

## IN FACULTATE JURIDICA.

*Justus Einold cognomen Schütz* D. Consil. Professor Primarius & Pro. Cancellarius, praecipuas & hodie scitu necessarias Imperii Romani Constitutiones novellas explicabit. Collegium quoq; de statu Rei Romanae publicum absolvet.

*Johannes Breidenbach*, J. U. D. Illustrissimi ac Celsissimi Hassiae Landgravii GEORGII, &c. Consiliarius & Professor, Discursus Juridicos continuabit.

*Johannes Gualtherus*, J. U. D. Consiliarius, & Professor Codicis, in ordinariis suis praelectionibus in Codicem perget.

*Johannes Kornmannus*, J. U. D. Consil. & Pandectarum Professor p. t. Decanus, in praecipuarum, prioris partis Digestorum, Legum interpretatione, publice progredietur. Privatim autem tam disputatoria quam explicatoria Collegia ad petitionem studiosorum aperiet.

*Gregorius Tulsnerus* U. J. D. Consiliarius & Professor ordinarius, ex Libro II. Institutionum Imperialium, materiam successionis testamentariae publice continuabit: Privatim vero Collegium explicatorium abscevet, & Disputatorium, pro studiosorum petitione, rursus aperiet.

## IN FACULTATE MEDICA.

*Joh. Daniel Storff* Archiater, Profess. Med. P. & p. t. Rector, parvam vereque auream Excellentissimi HOFFMANNI pathologiam explicabit.

*Johann. Tileman*, Med. J. Prof. & p. t. Decanus, Lectiones suas hyemales, Anatomias & Pathologicas reassumet: privatim quoq; petentibus sua promittit operam.

## IN FACULTATE PHILOSOPHICA.

*M. Theodorus Vietor*, Profess. Graec. emeritus, etsi post multos Prof. annos, ab Illustrissimo Principe, Dn. GEORGIO Hassiae Landgravio &c. rursus donatus, deinceps non legat. Tamen usu sic flagitante, suo etiam loco satis faciet.

*M. Conradus Bachmannus*, Milfungensis Hessus, in libro VI. Aeneidos progredietur & una cum Heroe & Sibylla trans undam stygiam vehetur, vi auditorio suo damnatorum poenas monstrabit, ac deinde ad campum Elysium secedet multamq; partem Historiae Romanae cognoscendam docebit.

Idem per hoc semestrem doctrinam Sphaericam Juventuti Academicae tradet.

*M. Caspar Ebell* / Profess. Log. & Metaphys. Ordinarius in manu ductione Logicae publice perget & Collegia explicatoria & disputatoria, Logica & Metaphysica, allave miscellanea pro desiderio studiosorum Philosophiae, partim continuabit, partim de novo inchoabit.

*Johann. Balthasar Schupp*, Theol. Lic. Eloq. & Histor. Professor, publice bono cum Deo, varios actus Oratorios instituet, privatim Annales C. Taciti explicabit.

*Johannes Conradus Dieterich*, Graecae Ling. P. Historicos libros duos sui titulis *Ἐξ ἑρμῆος* in V. T. Graeco extantes, in eorum gratiam qui cum pietate Graeca aut Hellenistica jungere cupiunt, exegeti philologica illustrabit. In Hesiodi *Ἔργων* & *Ἡμερῶν* libro primo ei quod superstes est fragmento plane elegantis & q. fatidico de ferrei seculi (quod in nostrum videtur incidisse) *Ἰσχυρὸς* *ἄσπετος* *ἄβυσσος* *ἄσπετος* *ἄβυσσος* *ἄσπετος* *ἄβυσσος* imponet. Operam quoq; omnem defert illis, qui privata efflagitaturi sunt Collegia.

*M. Henricus Laurentius Geibelius*, Physices Professor materiam de anima continuabit, Collegia itidem Physica Explicatoria & disputatoria pro captu auditorum aperiet.

*Balthasar Mentzerus*, SS. Theol. D. & Moral. Professor, publice perget in Explicatione Quaestionum Moralium. Collegiis Privatis Ethico-Politicis, Explicatorio & disputatorio inserviet Sylloge ipsius Quaestionum Moralium & Civilium Collegium etiam Theologicum pro ratione & voluntate Auditorum aperiet.

*M. Conradus Matthias*, Philologo-Critices Professor publicus, in Alexandri sui genialium dierum libris 4. & 5. continuandis, Deo cum bono, publice perget: privatim vero retinebit aut Henr. Cornel. Agrippa, &c. de artium & scientiarum vanitate libellum Philologicum, aut Dionys. Catonis distichorum moralium libellum, quem Ethnicorum Catechismum vocant, resolvendo percurrerit cum Critico-Philologicis & Poëtico-Historicis exercitiis.